

antennarum paullo graciliore, callis bene elevatis, spatio inter callos et stricturam subtiliter sed distinctissime punctato, disco versus apicem modice declivi, crebre fortiter punctato; scutello crebre transversim striguloso; hemielytris crebre, sat subtiliter, clavo fortius, punctatis, abdomen sat longe superantibus. ♂ ♀. Long. 6—6 $\frac{1}{3}$, lat. 2 mm.

Greensburg, Pa., D. WIRTNER; Polk Co, Wrs., D. BAKER.

Varietate colore:

Var. α: Sordide straminea, clavo interne membranaeque nigricantibus ♀.

Var. β: Clypeo, maculis duabus posterioribus pronoti, clavo, corio ad angulum interiore late membranaeque nigris; ventre saepe lateribus fuscescente. ♀.

Var. γ: Sordide straminea, clypeo, medio frontis, disco postico pronoti utrinque late, clavo toto, corio, limbo exteriori (basi interdum latiore) excepto, membrana, meso- et metastethiis abdomineque nigris. ♂.

Var. δ: Ut praecedens, sed capite, margine verticis excepto, pronoto, strictura apicali, vitta mediana antice dilatata saepeque etiam lateribus exceptis, nigris. ♂.

Var. ε: Ut praecedens, sed apice cunei nigro.

Tropidosteptes plagifer n. sp.

Oblongus, pallide albido-flavens, glaber, nitidus, antennis, basi articuli primi excepta, vitta obliqua infra basin antennarum, oculis, callis saepeque etiam maculis duabus late distantibus disci postici pronoti, margine scutellari clavi magis minusve late, commissura ejus saepeque etiam sutura clavi, plaga magis minusve lata vel saltem vitta tenui per partem apicalem venae cubitalis corii ducta piceo-nigris; membrana hyalino-albida, venis pallidis, vitta nigrofusca longitudinali infra areolam minorem (♀), vel nigricante, venis nigris, disco medio albido (♂); extremo apice rostri et tarsorum nigro; capite basi pronoti circiter $\frac{2}{5}$ — $\frac{1}{3}$ (♂) angustiore, ab antico viso latitudine postica parum brevior, genis oculis aequae altis; vertice carinato-marginato, oculo paullo magis quam dimidio (♂) vel fere duplo (♀) latiore; rostro apicem mesosterni attingente; antennis gracilibus, articulo primo capite ab antico viso parum brevior, secundo primo duplo longior et margini basali pronoti aequae longo; pronoto sat crebre et fortiter subrugoso punctato, latitudine basali circiter $\frac{1}{4}$ brevior, callis discoloribus, convexis, medio modice distantibus, scutello parsius subtiliter ruguloso, hemielytris crebre obsoletius punctatis, abdomen sat longe superantibus, margine costali leviter rotundatis; tibiis submuticis. ♂ ♀. Long. 5 $\frac{2}{5}$ —5 $\frac{1}{2}$, lat. 1 $\frac{3}{4}$ mm.

Ottava, Ont., d. 9 aug. 1904, D. W. METCALFE, commun. D. VAN DUZEE.

Tr. commissuralis n. sp. similis, callis pronoti discoloribus, clavo etiam margine scutellari et saepe sutura clavi nigris, corio nigro-vittato, statura paullo minore, vertice nonnihil angustiore, margine ejus postico carinato, pronoto magis transverso divergens; a *Tr. Pettiti* (UHL.) n. sp. statura paullo minore et graciliore corporeque dilutior, aliter picto, callis pronoti semper nigro piceis distinguendus.

Tropidosteptes commissuralis n. sp.

Oblongus, pallide albido-flavens, nitidus, glaber, antennis, oculis, commissura clavi sat tenuiter apiceque extremo rostri et tarsorum nigris; capite basi pronoti circiter $\frac{2}{5}$ angustiore, ab antico viso latitudine postica cum oculis parum brevior, genis oculo fere aequae altis, ver-